GRÆCOS Ritus conservare Ecclesia Latina semper studuit. XLIV. §. 5. p. 206. Græcis prohibitum est, Missas, & Divina Officia Latino Ritu peragere, revocatis a S. Pio V. Indultis aliis super hoc concessis. *ibid.* §. 9. p. 206.

Græci unici in Russia Polonica, si rerum opportunitas ita ferat, Missam celebrent super sacris Latinorum Tabulis lapideis. XLIV. §. 2. p. 205.

GRÆCI quoad Sacramentum Confirmationis, & Ordinis. Vid. *Confirmatio*. Vid. *Ordines*.

GREGORIUS XIII. Jubilæum extendit ad Civitatem & Diocesium Mediolanensem, instante S. Carolo Borromeo. XXIX. §. 3. p. 157.

Idem Rosæ Auræ munere decoravit Ecclesiam Metropolitanam Bononiæ patriæ suæ. XLIV. §. 5. p. 169.

GUBERNATOR Urbis est etiam S. R. E. Vice-Camerarius. X. cap. 1. & 11. §. 1. p. 41. & 43. Antiqua Privilegia ipsi confirmantur. *ibid.*

Plura pro recta Justitiæ administratione, & pro regimine Ministrorum Tribunalis Gubernii ab ipso præstanda recensentur. *ibid.* *per tot.* p. 42. & seqq.

Eidem duo Prælati Assessores, Consultæ Ponentes, adjunguntur, quorum munera in Causarum judiciis, in visitationibus Carcerum &c. designantur. *ibid.* cap. 1. §. 2. p. 41.

Gubernator in Congregationibus visitationum Carcerum, etiam Capitolii, primus sedere debet. *Cap. II.* §. 5. & 7. p. 44.

Ejusdem approbatio necessaria est, ut quis valeat Professionem Criminalem exercere. *Cap. III.* §. 9. p. 47. Ad quem effectum Congregatio instituitur, ex Prælati, aliisque, qui cum eo votum decisivum, & respectivè consultivum habeant, composita; & approbatorum elenchus fieri & publicari jubetur. *ibid.*

## H

HABITUM proprii Ordinis deferre tenentur Regulares quicumque ad Cardinalatum, vel Episcopatum promoti,

promoti, exceptis Canonicis Regularibus, & Clericis Regul. LXVIII. §. 1. & 2. p. 306. & 307. §. 10. & 11. p. 310. & 311. Hanc disciplinam aliquis ex Fratribus Minoribus evertere studuit. §. 6. pag. 308.

**HABITUS** proprius Equitum S. Joannis Jerosolymitani est sola linea Crux octogona. §. 4. & 9. p. 307. & 310. Olim, præter Crucem, peculiare etiam vestes deferre tenebantur. §. 4. & 11. p. 307. & 310. Crucem hujusmodi, exterioribus vestibus assutam, tamquam proprium habitum deferre hi Equites possunt, si ad Cardinalatum, aut Episcopatum promoveantur. §. 8. & seqq. p. 309. & seqq.

**HEBRÆI.** Vid. *Matrimonium.* Vid. *Judei.*

**HÆRES** illius, qui spoliū commisit, quive mala fide alienam rem occupavit, quomodo ad restitutionem teneatur. LXI. §. 22. & 23. p. 276.

**HÆRESIS.** A Censuris propter hæresim formalem externam incuris nullus Confessarius, quibusvis amplissimis facultatibus munitus, vel etiam tempore Jubilæi, absolvere potest, nisi expressam ad id facultatem habuerit. XXII. §. 85. p. 143. Etiam occulta hæresis sit, & Confessarius facultatem habeat absolvendi a Censuris in Bulla Cœnæ reservatis. XXI. §. 53. pag. 101.

Quomodo ab ea absolvere possint Pœnitentarii Anno Jubilæi. *ibid.* & §. 7. p. 98.

Hæresis crimen inter excepta numeratur, quorum Rei Immunitatis beneficio non gaudent. XLI. §. 1. & seqq. p. 190. & 191. Vid. *Immunitas.*

**HÆRETICI** ad sinum Ecclesiæ invitantur, occasione Jubilæi Universalis. XVIII. §. 10. p. 73.

Hæretici valde baptizant, si Sacramentum ministrent in Fide veræ Ecclesiæ, & sub forma præscripta, in iis, quæ pertinent ad validitatem. III. §. 13. p. 7.

Hæretici Ecclesiæ legibus, & universalibus consuetudinibus tenentur, & juxta eas judicandum est in casibus etiam ad hæreticos pertinentibus. III. §. 14. & seqq. p. 7. & seqq.

Ubi de Impedimentis Matrimonii dirimentibus. Vid. *Matrimonium.*

Hæretici Magistratus, & Ministri, in Fœderati Belgii regionibus, Catholicos Matrimonium contrahere volentes cogunt ad contrahendum coram ipsis. LXIX. §. 1. & seqq. p. 313. Multa de hoc declarantur, & statuuntur. *ibid.* Vid. *Matrimonium.*

Hæretici Ecclesiarum bona occupantes, ad restitutionem fundorum, & fructuum inde perceptorum tenentur. LXI. §. 18. p. 273. & seqq.

Hæreticis ad Fidem Catholicam revertentibus Sedes Apostolica aliquando permittit, ut Bona Ecclesiastica ab ipsis antea occupata retinere possint. LXI. §. 26. & seqq. p. 218. & seqq.

**HEBDOMADE** Sanctæ dies Musica valde dedecet, ideo in quibusdam locis vetita. IV. §. 13. p. 21. & 22.

**S. HIERONYMUS** antiquis Romanis in suis scriptis ob zelum multa exprobravit. Idem ab eorum posteris piissimè colitur. XXXV. §. 5. p. 177. Ejus agendi ratio erga S. Siricium a Pontifice explicata, & vindicata. *ibid.*

Ejusdem Corpus in antro Bethleemico sepultum, inde, Jerosolyma a Saracenis capta, Romam translatum, in Basilica Liberiana ignorum quiescit. *ibid.*

**HISPANIÆ** Rex Ferdinandus VI. Pontificis providentiam implorat quoad Parochias Indiarum Occidentalium, quæ solis Regularibus committi solebant. LIII. *princ.* pag. 240. & seqq.

**HOMICIDIUM** proditorie committentes, ac etiam dumtaxat animo præmeditato & deliberato, Immunitate Ecclesiastica non gaudent. XXX. §. 1. p. 161. Amplia, quoad Statum Ecclesiasticum, ex Constitutione Clementis XII. & quoad alias Regiones, ex Indultis aut Concordatis specialibus, etiam homicidium in rixa sequatur, dummodo non casualiter, vel ad propriam defensionem. *ibidem.* Et quoad Ecclesiasticos homicidium committentes, ex eadem Constitutione Clementis XII. *ibid.* §. 6. pag. 162.

Quod etiam extendi decessit ad Regulares cujuscumque Ordinis, Militiæ, & Institutii. *ibidem.* §. 7. Item ad Mulieres, & Milites. §. 8. Et ad eos, qui

homicidium ita patravissent baculo, aut saxo. §. 9. pag. 162. Vid. *Immunitas.* Vid. *Extractio.*

**HOMICIDA** reputatur etiam, qui proximum ita vulneravit, ut ex eo vulnere intra certum tempus moriatur; unde si Periti grave vitæ periculum vulnerato imminere pronunciant, percussor e loco immuni extrahi debet; restituendus tamen, si vulneratus ultra definitum tempus superstes vixerit. XXX. §. 10. & 11. pag. 163.

**HONORARIUM** familiares Cardinalium, & aliorum Rom. Curie Procerum plures esse student. XXXII. §. 1. p. 168. Defunctis Dominis, salarium, & alia sibi deberi sæpe contendunt. §. 2. 3. & 4. p. 168.

**HONORARIUM** hujusmodi, si in peculiari Rotulo cum Honorariorum denominatione describantur, nulla ipsis actio in posterum suffragabitur contra defuncti hereditatem, seu pro minuendis Legatis, quæ veris familiaribus relicta fuerint. *ibid.* §. 6. & 7. pag. 168. & 169.

**HORÆ** Canonice devotè recitandæ sunt. Eas quotidie in Choro cantare debent, ordinato modo & cantu, qui Choro tenentur. IV. §. 2. p. 10. & 11. Obligationi non satisfacit, qui illas sine debita attentione canit. *ibidem.*

**HUNGARIÆ** Regina, Vid. *Austria.*

## I

**SANCTI JACOBI a Scofiacavalli** Parochia. Vid. *Parochialis.*

**JEJUNIUM** si in Festum Sancti Patroni alicujus loci, aut in diem Dominicum incidat, anticipatur in precedentem diem, & quare. XL. §. 5. & 6. p. 187.

**Jejunium Vigiliæ S. Joannis Baptistæ** incidens in solemnitatem Corporis Christi, anticipatur in Feriam IV. *ibid.* §. 5. p. 187.

**Jejunium Vigiliæ** in universa Ecclesia præscriptæ non possunt Episcopi auctoritate ordinaria anticipare, §. 8. 9. & 10. p. 187. & 188.

**Jejunium Vigiliæ S. Mathiæ Apostoli** præcipitur in Decretali Innocentii III. §. 10. p. 188. Permittitur hujus jejunii anticipatio anno 1751. quo anno illud incidit in postremum Bacchanaliorum diem. §. 11. pag. 189. Ecclesiastici tamen monendi sunt, ne hac anticipationem utantur. §. 13. p. 189. & 190.

**JESSE** utrum peccaverit, faciendo, & adimplendo votum sacrificandi Deo primum e domo occurrentem sibi redeunti e prælio. LVII. §. 7. p. 249. & 250.

Utrum filiam sacrificando verè occiderit, an solum perpetuæ virginitati addixerit. *ibid.*

**JEROSOLYMAM** insignes viri & mulieres perrexerunt, ut sacra Loca visitarent. XX. §. 3. p. 79. Nonnulli ex iis recensentur. §. 7. p. 81. Proficientibus ad recuperandum Jerosolymam olim Indulgentia Plenaria concessa fuit. *ibid.*

**JEROSOLYMITANA** Militia. Vid. *Equites.* Vid. *Militia.*

**JESUITIS** vetita est cura, & regimen Monialium, ac Mulierum in Religiosis Domibus conventuum. VIII. *sub* §. 2. n. III. p. 31.

**JESUITISSAS** pluribus in locis instituit Maria Warth anno 1619. ac Romam venit anno 1621. confirmationem hujusmodi Institutii postulatura. VIII. §. 1. p. 30. & *sub* §. 2. num. I. p. 31.

Jesuitissas detrimento esse Missionibus expulit Procurator Cleri Anglicani. n. II. p. 31. Cardinalis Clesellius Viennæ Episcopus apud Congregationem de Propaganda Fide conquestus est, Jesuitissarum domum in ea Civitate, se inconsulto, apertam fuisse. n. III. p. 31.

Jesuitissæ a Jesuitis se directas esse jactabant. Earum suppressio Nuntiis Apostolicis demandata fuit. *ibid.*

Obstitit Cambiani Mulier tamquam earum Visitatrix a Maria Warth Præposita Generali constituta. n. IV. pag. 31. Res ad Congregationem S. Officii remittitur, extirpatis in Italia earum domibus. num. V. pag. 31.

Jesuitissarum Institutum Urbanus VIII. penitus, ac perpetuo, sub gravibus penis abolivit. n. VI. p. 31. & 32. Abolitio effectum habuit. n. VIII. p. 32. Earum Fundatrice.

- Fundatrice, & Visitatrice in custodiam datis. num. vi. pag. 31. Vid. *Maria*. Vid. *Cambiani*.
- Jesuicite nonnulla sibi muneris arrogabant, ingenii & sexus imbecillitati, ac muliebri modestie inconuenientia. §. 5. p. 33.
- Jesuitarum Institutum reuixisse, erectis Anglicanarum Virginitatis Conservatoriis, nonnulli perperam arbitrati sunt. §. 3. & seqq. p. 32. & seqq. Veritum est asserere, Jesuicite fuisse a Clemente XI. restitutas. §. 8. p. 33. Vid. *Anglinana*.
- S. IGNATIUS a Sede Apostolica obtinuit, ut suum Institutum a cura Religiosorum Mulierum perpetuo esset immune. VIII. sub §. 2. n. III. p. 31.
- IGNORANTIA in penitentibus attentè a Confessariis discutienda. XX. §. 19. & 20. p. 89. & 90.
- IMMUNITATE Ecclesiastica non gaudet, qui homicidium deliberatè committit. XXX. §. 1. pag. 161. Vid. *Homicidium*.
- Item Rei aliorum criminum, quæ recensentur in Constit. Gregorii XIV. & Benedicti XIII. *ibid.* §. 2. p. 161. De crimine hæresis & apostasie specialiter. XII. §. 1. p. 190. & 191.
- De Immunitate plura decrevit Clemens XII. pro sola Ecclesiastica ditione, quæ deinde ad alias Regiones extensa fuerunt per viam Indulti, aut Concordati. XXX. §. 1. & 4. p. 161. & 162. His alia nonnulla adiecit Pontifex, d. Constit. XXX. per tot. p. 161. & seqq. Vid. *Extrahio*. Vid. *Homicidium*.
- Immunitatis violata reatus & pœnas ubique incurrunt, non solum qui reos per vim extrahunt e locis immunitatis, aut sine Episcopi auctoritate, sed etiam qui eos ibi obfidunt, & ad deditonem compellunt. *ibid.* §. 14. pag. 163. & seqq. Idem Ecclesiastici confugii beneficio perpetuo priuantur. *ibid.*
- Immunitatis beneficio gaudere debent Rei criminis ad S. Officii Tribunal spectantis, nisi crimen expressè exceptum dignoscatur. XLIII. §. 4. p. 191. etiam si, post condemnationem, e trirēibus, aliove relegationis loco a ministrorum manibus liberi auferunt. §. 5. p. 192. Nisi Episcopus Indultum habeat extrahendi ab Ecclesia fugitivos a trirēibus. *ibid.*
- IMPEDIMENTA Matrimonium dirimentia Principis secularis lege induci nequeunt. III. §. 7. p. 5.
- Impedimentum Matrimonium dirimentibus ab Ecclesia statutis irritantur etiam Hæreticorum Matrimonia. *ibid.* §. 16. p. 7. & 8.
- Impedimentum *Disparitatis cultus* Matrimonium dirimit. III. §. 1. p. 3. §. 16. p. 7. & 8.
- Impedimentum hoc non positivo aliquo Juris Canonici Decreto, sed communi Ecclesie consuetudine indutum, §. 9. & 10. p. 6. non afficit eos, qui nunquam baptisma susceperunt: neque Baptizatos, licet alteruter sit hæreticus; sed eos quorum unus baptizatus est, alter non, etiam si esset Cathecumenus. a §. 11. ad 19. p. 6. & seqq.
- Super Impedimento hujusmodi dispensare possunt Vicarii Apostolici, & Missionarii apud Sinas, & Japoniam, ex Privilegio Apostolico. §. 19. p. 8. & 9.
- Impedimentum *Clandestina desponsationis*, Matrimonium irritans, a Concilio Tridentino indutum, non afficit Matrimonia, quæ contrahuntur in locis, ubi promulgatum non est Concilii Decretum. §. 17. pag. 8. & 9.
- Impedimenta Matrimonialia quomodo a Penitentiaris Anno Jubilæi dispensari possint. XXI. §. 13. & seqq. pag. 99.
- IMPERATORES Romæ non alibi coronari, & ungi debent, quam in Basilica Vaticana. LXIII. §. 18. p. 285.
- IMPERATRIX. Vid. *Austria*.
- IMPUBERES, & infantes filii, olim poterant a genitoribus offerri permanentè Statui Clericali, vel Monastico. LVII. §. 3. 4. & 5. p. 248.
- Impuberes sic oblato, quum ad discretionis annos pervenerint, possunt ex posterioribus statutis retinere statum, vel relinquere. §. 6. p. 249. Hæc disciplina, salvis Religionum Constitutionibus, & Concilii Tridentini decretis, adhuc viget, ita tamen ut pater Bullarii Romani Contin. Pars XII.
- non possit filium oblatum revocare, Religio autem possit illum dimittere, nisi aliter se obligaverit. *ibid.* Similis disciplina viguit, & moderata est quoad sponsalia impuberum. *ibid.*
- Impuberis oblatio probabilius subsistit, si a patre fiat, dissentiente matre, quam e contra. Samuel verò validè a matre in Templo oblatum fuit, quia pater consensit. §. 8. p. 251. Jus tamen impuberes offerendi Monasterio non minus a patre, quam a matre exerceri potest. §. 20. p. 256.
- Impubes oblatum Baptismo, & baptizatus, non potest Christianam Fidem deserere. §. 9. pag. 252.
- Impuberes Infidelium filii, a quibus offerri possint ad Baptismum. §. 10. pag. 249. & seqq. Vid. *Baptismus*.
- INCOLORUM nomine quinam intelligantur. XXI. §. 71. & 72. p. 133. & 134.
- INDIARUM Parochia, Doctrina, & alia officia ad animarum curam spectantia, solis Regularibus olim conferri solita, in posterum etiam Presbyteris secularibus conferri posse, statuitur. LIV. §. 1. & seqq. p. 241. & seqq.
- Indiarum Patronus principalior S. Franciscus Xaverius. LXXI. p. 315. Vid. *S. Franciscus*.
- INDICIA de patrato delicto quam sufficiant, ut Reus, Ecclesiastica immunitate indignus, e loco immuni extrahatur. XXX. §. 3. p. 161. Et a quo sint colligenda. §. 12. pag. 163. & §. 15. p. 164.
- INDULGENTIA ex thesauro meritorum Christi, & Sanctorum depromuntur, quarum dispensator est Romanus Pontifex. XVIII. §. 4. p. 72. & XX. §. 13. & 14. p. 86. & 87. Debitè obtenta, aut applicata, profunt vivis, & defunctis ad delendam pœnam temporalem juxta dispensationis mensuram. XX. §. 14. p. 87.
- Indulgentiarum usu Pœnitentia non tollitur, neque Christiani desides fiunt, aut a satisfactione pro peccatis debita avocantur, ut quidam impiè opinati sunt. §. 28. p. 96. Pia opera exercenda sunt tempore Indulgentiarum. *ibid.*
- Indulgentia Plenaria primum concessa reperitur euntibus ad liberandam, vel recuperandam Terram Sanctam. XX. §. 7. p. 81. & XXIX. §. 14. p. 160.
- Indulgentia altera Plenaria fuit magni Jubilæi. *ibid.* Hanc singulis annis secularibus acquiri a visitantibus Limina Apostolorum ex antiqua traditione disseminatum est per Europam sub Bonifacio VIII. qui proinde illam expressè concessit. XX. §. 10. p. 84. Vid. *Jubilæum*.
- Ad Indulgentiam Jubilæi consequendam opera injuncta. XVIII. §. 6. pag. 72. Et declarationes super ipsis editæ. XXI. a §. 45. ad 51. pag. 101. & XXII. a §. 12. p. 104. ad §. 16. p. 108.
- Indulgentia, etiam Jubilæi, per implementum ultimi operis ex injunctis ad eam consequendam, acquiritur; quod proinde in statu gratiæ est faciendum. XXII. §. 75. & 76. p. 136. & 137.
- Ad Indulgentiam consequendam non suffragatur opus, ad quod ex alio titulo quis obligatur. §. 53. pag. 125. & 126.
- Ut Indulgentia acquiratur, quæ concessa sit pro confessis & sacra communione resectis, requiritur Confessio actualis, & Communio Sacramentalis. XXII. §. 3. & seqq. p. 104. Et solis Missionariis in partibus Infidelium commorantibus indultum fuit, ut hujusmodi Indulgentias lucrari possint, præmissa Contritionis actu. *ibidem.* §. 6. p. 105.
- Indulgentia Plenaria in certos dies aliquam Ecclesiam visitantibus, aut aliud pium opus peragentibus concessa, semel dumtaxat in die obtineri potest. §. 84. p. 142. & seqq.
- Indulgentiam Plenariam Populo concedendi facultas datur Cardinalibus de Latere Legatis ad aperiendas, & claudendas Portas Sanctas Anno Jubilæi deputatis. XXIV. §. 9. p. 148. & XXVII. p. 152.
- Indulgentiæ quæcumque, decurrente Jubilæi Anno, suspenduntur, nonnullis exceptis. XIX. §. 1. & 3. pag. 77. Vid. *Suspensio*.

- De Indulgentiis nonnulla Clemens VIII. & Paulus V. statuerunt, etiam quoad Basilicam Lateranensem. XLVI. §. 1. 2. & 3. p. 208.
- Indulgentiæ plures eidem Basilicæ concessæ confirmantur. §. 6. & 7. p. 208. & 209. Communicatæ Ecclesiis, aliisque locis huic Basilicæ subiectis, aut aggregatis, suspenduntur, & aliæ determinatæ conceduntur. §. 8. & seqq. p. 209. & 210.
- Indulgentiæ Basilicæ Vaticanæ jam concessæ confirmantur. LXIII. §. 49. p. 292.
- Indulgentiæ aliæ concedi, & communicari possunt Ecclesiis, Altaribus, Pisisque Locis eidem Basilicæ aggregatis, aut aggregandis. §. 46. & seqq. p. 292. & 293.
- Indulgentiæ hujusmodi quomodo concedendæ a Capitulo; quid observandum circa Litterarum expeditionem, & aliæ; quid advertendum a Rectoribus Ecclesiarum, & a Ministris Locorum, quibus conceduntur, in earum publicatione, elemosynarum receptione, & erogatione. §. 48. p. 292.
- Indulgentiæ Ordinibus Mendicantibus, & Tertio Ordini de Pœnitentiâ, sub regula S. Francisci Assisientis concessæ, quomodo a nonnullis Pontificibus, & a Congregatione Indulgentiarum declaratæ. XLII. §. 2. pag. 192.
- Indulgentiæ determinatæ Fratribus ejusdem Tertii Ordinis tam in Conventibus, sive aliis collegialiter, quàm in privatis domibus seorsim viventibus, conceduntur; aliæ olim controversæ abrogantur. §. 5. & seqq. p. 193.
- Indulgentiæ speciales, etiam Plenariæ conceduntur personis utriusque sexus Tertium Ordinem S. Francisci de Paula profitentibus. LX. §. 3. 4. & 5. p. 264. Et *Chordigeris*, qui nempe Cingulum ejusdem S. Francisci gerunt. §. 6. 7. & 8. p. 264. & 265. Omnes Animabus Purgatorii applicabiles. §. 9. p. 265.
- Indulgentiæ aliæ abrogantur, siquæ prædictis omnibus concessæ circumferantur. §. 10. p. 265. Olim quæ aliæ sublata fuerunt, quæ Chordigeris concessæ dicebantur. §. 1. pag. 264.
- Indulgentiarum Congregatio, Vid. *Congregatio*.
- INDULTARIÆ personæ, quarum præsentia requiritur, ut in privatis Oratoriis Missa celebretur, quanam sint. XLIX. §. 14. & seqq. p. 218. & seqq.
- INDULTO superveniente, Anno Jubilæi, quomodo Basilicarum visitationes jam factæ computandæ sint, aut quæ superaddendæ. XXII. §. 82. p. 141.
- Indultum Pontificalium. Vid. *Pontificalia*.
- INFANTES, aut impuberes quomodo possint a parentibus, aliisque, offerri ad statum Clericalem, vel Monasticum, aut ad Baptismum, contradicentibus, aut non contradicentibus aliis. LVII. tot. p. 247. & seqq. Vid. *Baptismus*. Vid. *Impubes*.
- INFIDELIUM filii infantes, aut impuberes a quibus offerri possint ad Baptismum. LVII. §. 10. & seqq. p. 252. & seqq. Patri ad Christianam Fidem converso assignandus est filius, non matri in sua infidelitate permanenti, & e contra. §. 18. p. 245. Vid. *Baptismus*.
- INNOCENTIUS III., ædificato in honorem Beatæ Mariæ Virginis Monasterio, potentissimum ejus auxilium moriens expertus fuit. XXXV. §. 4. p. 177.
- INNOCENTIANUS carcer. Vid. *Carcer*.
- INQUISITIONIS Tribunal ad capturam non procedit, nisi post semiplenam delicti probationem. XLI. §. 3. p. 191. Tribunali eidem in Portugallia denunciandi sunt Confessarii exquirentes in Confessione nomen complicitis. XIV. §. 7. p. 57. Vid. *Confessarius*.
- INQUISITORES possunt auctoritate propria ex locis inimicibus extrahere Hæreticos, certiorato tamen ante, vel post, Episcopo loci Ordinario. XLI. §. 3. pag. 191.
- Item fugitivos e Carceribus, seu Triremibus, aliove relegationis loco, ad quem ob hæresis crimen damnati erant. *ibid.* §. 5. p. 192.
- Si agatur de reis aliorum criminum exceptorum, ad S. Officii Tribunal pertinentibus, communicanda erunt Episcopo indicia, ejusque Decretum pro extractione expectandum, aliaque in extractione servanda, quæ præscribuntur in Constitutionibus Apostolicis. *ibid.* §. 4. p. 191.
- INSCRIPTIONEM de Basilica S. Mariæ Majoris a S. Sixto III. consecrata apponi in eadem Benedictus XIV. jussit. XXXV. §. 2. p. 176. Vid. etiam *Coleffium*.
- Inscriptiones Capituli, & veterum Archipresbyterorum Terlitienfium non sunt delendæ. XV. §. 9. pag. 61. & 62.
- INSTRUMENTA musica. Vid. *Musica*.
- INTERDICTUM apponi nequit, inconsulto Romano Pontifice, in Ecclesiis Basilicæ Vaticanæ subiectis, ubicumque sint, nisi Interdictum sit generale. LXIII. §. 44. p. 291.
- Interdictum *Unde vi* quomodo a Jure Canonico correctum. LXI. §. 22. p. 276.
- INVENTARIUM rerum propriarum nisi fiat ab Episcopis, difficile erit eas secernere ab aliis, quas ex proventibus Ecclesiæ acquisituri sunt, quæque juris Spoilii subesse debent. XXXII. §. 8. p. 169.
- JOANNA FRANCISCA de Chantal nobilissimis orta parentibus, admirabili sanctitate, teste S. Francisco Salefio, floruit in triplici statu virginitatis, matrimonii, & viduitatis. LIV. §. 1. p. 243. Votum emittit faciendi quiddam perfectius esse cognosceret. *ibid.*
- Joanna eadem Sanctimonialis a Visitatione Sanctæ Mariæ instituit, eodem S. Francisco duce. §. 3. pag. 243. & 244.
- Ejus Beatificationem Summus Pontifex, approbata antea illius virtutibus in gradu heroico, & quatuor miraculis, decrevit, & celebrari mandavit, consuetis concessis honoribus. §. 5. p. 244.
- S. JOANNES CHRYSOSTOMUS sepulchra SS. Petri, & Pauli præfens venerari peroptabat. XX. §. 4. p. 79. & §. 8. p. 81. & 83.
- S. JOANNIS JEROSOLYMITANI. Vid. *Equites*. Vid. *Militia*.
- JOANNES V. Portugallia Rex. Vid. *Portugallia*.
- IRREGULARITAS utrum venire intelligatur sub generali nomine Censurarum. XXII. §. 48. p. 124.
- Irregularitatem incurrit, qui Sacris Ordinibus initiatus, & Censura ligatus, suos exercet Ordines. Contrahitur ab aliquibus de Clerico in Minoribus. *ibid.* §. 49. p. 124. Super ejusmodi irregularitate occulta dispensare Pœnitentiarii possunt Anno Jubilæi cum Clericis tam Majoribus, quàm Minoribus. XXI. §. 12. p. 99. & XXII. §. 50. p. 124. & 125. Et Confessarii Regulares cum suis Regularibus. XXI. §. 41. p. 100. & XXII. §. 88. pag. 144. Item Confessarii eligendi occasione extensionis ejusdem Jubilæi ad universum Catholicum Orbem. XXVIII. §. 4. p. 154.
- ISRAELITÆ ter quotannis ad Templum accedere debebant. XX. §. 2. p. 79.
- ITER agentes quomodo Jubilæum consequi possunt. XXVIII. §. 3. p. 154.
- JUBILÆUM Bonifacius VIII. sub præsentis forma instituit, & recurrente centesimo anno indicendum constituit. XVI. §. 1. p. 66. Clemens VI. ad quinquagesimum; Urbanus VI. ad trigésimum tertium; Paulus II. ad vigésimum quintum annum restrinxit; & a Bonifacio VIII. septemdecim Jubilæi celebritates numerantur, imminente decimoctava a Benedicto XIV. indicenda. *ibid.*
- Jubilæo originem dedisse dicitur fama sub Bonifacio VIII. ex antiqua traditione mirabiliter vulgata, de Indulgentia plenaria quovis centesimo anno concessa aduentibus Limina Apostolorum. XX. §. 10. p. 84.
- Jubilæum olim Feria V. Hebdomadæ Sanctæ, vel in Festo SS. Petri, & Pauli, demum in solemnitate Ascensionis Domini indictum fuit, qui postremus indicendi modus retentus est. XVII. §. 2. p. 69. Secunda indicio ex Pontificio Palatio fit Dominica IV. Adventus. XXIV. §. 1. p. 147. Portæ Sanctæ aperiuntur. Vid. *Porta Sancta*.
- Jubilæi Anno imminente, Ecclesiarum, & sacræ suppellectilis nitor, atque mundities omnibus ditionis Pontificiæ Episcopis commendatur. IV. §. 1. p. 10. & 11. Urbis Basilicæ reparantur, & ornantur. XVI. §. 4. & seqq. p. 67. & seqq.

Jubilæo adventante præmittenda Missiones, Confessarii admonendi de pluribus, & ad Episcopos danda Litteræ Encyclicæ, ut Annus Sanctus prosper succedat. XVII. §. 4. p. 69. Commendantur exactæ Confessiones, præsertim generales. XX. §. 16. & 17. pag. 87.

Ad Jubilæum invitantur Episcopi, Ecclesiastici Sæculares, & Regulares, Laici &c. §. 7. p. 81.

Jubilæi Annus incipit Vigilia Nativitatis Domini. §. 13. p. 86. & XVIII. §. 5. p. 72. Nonnulli Pontifices hunc Annum indixerunt, vel aperuerunt, sed non absolventur morte præventi. XVI. §. 2. pag. 66. Olim pro Jubilæo lucrando visitabantur dumtaxat Basilicæ SS. Petri & Pauli, quibus Lateranensem, mox Liberianam alii Pontifices addiderunt. §. 4. pag. 67. & XX. §. 10. p. 84.

Jubilæum ut obtineretur olim Summi Pontifices Confessionem dumtaxat in suis Constitutionibus recensebant, Benedictus XIV. Communionem addidit. XVII. §. 3. p. 69. & XX. §. 10. p. 84.

Jubilæum lucraturi tam in itinere, quam Romæ laudabiliter se gerere debent. XX. §. 27. p. 95.

Jubilæi Annus sub Benedicto XIV. indicitur: monentur omnes, ut tantum Indulgentiarum thesaurum lucrari satagant. XXVIII. tot. p. 70. & seqq. In hujusmodi indictione elucet pia Matris Ecclesiæ sollicitudo. §. 1. p. 70. Et Summorum Pontificum zelus, & vigilantia. §. 2. & seqq. p. 71. & seqq.

Jubilæi Indulgentia ut obtineatur, Confessio Sacramentalis, Communio Eucharistica, visitatio Basilicarum, & visitationum numerus, ac modus, & preces fundendæ injunguntur. §. 6. p. 72. Quomodo Jubilæum consequi possint qui ex legitima causa nequeunt opera injuncta exequi. §. 7. p. 72.

Jubilæum ut publicent, populosque verbo & opere edoceant, quid Jubilæi tempore agendum, admonentur Patriarchæ, & reliqui Catholici Antifites. §. 11. & seqq. p. 74. & seqq. Principibus Catholicis commendatur Jubilæi progressus. §. 14. p. 75.

Jubilæi Anno decurrente, Indulgentiæ aliæ, & facultates suspenduntur, quibusdam exceptis. XIX. tot. p. 77. & seqq. Vid. *Suspensio*.

Jubilæi Anno amplæ facultates tribuuntur Pœnitentiariis Ecclesiæ Urbis. XX. §. 4. & seqq. pag. 98. & seqq. Tribuuntur & Confessariis. §. 35. & seqq. p. 100. & seqq. Adduntur instructiones. XX. §. 18. & seqq. p. 89. & seqq.

Circa Jubilæum dubia quædam expediuntur quoad personas Romam venientes, tam Urbis incolas, quam exterarum, quoad opera injuncta; quoad facultates absolvendi, dispensandi &c. quoad Indulta, & preces. XXI. §. 43. & seqq. p. 107. & seqq. XXII. a §. 2. ad 7. p. 153. & seqq.

Jubilæum pluries in decursu Anni Sancti lucrari poterunt, qui opera injuncta iteraverint. XXI. §. 52. p. 101. & XXII. §. 84. p. 142. & seqq.

Jubilæum conceditur Monialibus, aliisque mulieribus sub claustris, vel in pijs domibus collegialiter viventibus, item Anachoretis, Eremitis, Infirmis, & in carcere, aut captivitate detentis, & quomodo ab his omnibus obtineri possit. XXV. tot. pag. 149. & seqq. Quinam eorum omnium nomine comprehendantur. §. 1. & seqq. p. 149. & seqq. Quid de iis, qui in carceribus S. Inquisitionis detinentur. §. 3. p. 149. Quid ab iisdem agendum pro Indulgentia consequenda. §. 6. & 7. p. 150.

Jubilæi Indulgentiam ii omnes Anno Sancto vertente bis lucrari poterunt. §. 7. p. 150.

Jubilæum consequi poterunt qui vel iter Romam versus instituerunt, vel illuc advenientes non potuerunt visitationes Basilicarum incipere, aut complere, dummodo confessi sint, & Sacra Communione refecti. XVIII. §. 7. p. 72. & XXII. §. 14. &c. pag. 107. & 108. Hoc Indultum non comprehendit Romanos, quibus impeditis alia ratione consulitur. XXII. §. 16. pag. 108.

Bullarii Romani Contin. Pars XII.

Jubilæum Magnum nonnulli Pontifices ad alia extra Urbem Loca extendere denegarunt, etiamsi Reges petierint; alii quibusdam Principibus, Populis, & Ordinibus; alii singulis per Orbem Diocesibus diversimodè concesserunt. XXIX. §. 2. & 3. pag. 156. & 157.

Jubilæum a Benedicto XIV. ad totum Orbem Catholicum, peracto Romæ Anno Sancto, extenditur, intra præfinitum tempus obtinendum. XXVIII. tot. p. 153. & seqq. Etiam ab his obtineri potest, qui illud Romæ, vel alibi lucrati fuerunt. §. 2. p. 153.

Jubilæum hoc ut obtineatur, quid agendum sit. *ibid.* Quid de navigantibus, iter agentibus, Regularibus, Monialibus, Anachoretis, & similibus. §. 3. p. 154. Quinam Confessarii ad hoc eligi possint, & quæ facultates illis dentur. §. 4. & 5. p. 154. Quid de iis, qui morte præventi, aut post obtentas dispensationes &c. præscripta ad lucrandum opera non perfecerunt. §. 6. p. 154.

Judeis Lege Mosaica vetitum erat Matrimonium cum alienigenis; quod tamen præceptum ipsi nonnumquam transgressi sunt. III. §. 3. p. 4. Incertum tamen, utrum ea lege irritarentur Matrimonia ab iis contracta, cum alienigenis; & an præceptum comprehenderet alias nationes, præter Canaanæas. §. 5. & 6. p. 4. & 5.

Judeis Matrimonium cum Christianis vetuit Theodosius sub gravibus pœnis. §. 7. p. 5. Matrimonium Judæi cum Hæretica. Vid. *Matrimonium*.

Judæi ad Fidem Christianam conversi & in Apostasiam lapsi, Ecclesiastica Immunitate non gaudent; & ab Inquisitoribus propria auctoritate e locis immunibus extrahi possunt, servato honore Episcopis debito. XII. §. 3. p. 191.

Judæi sunt servi Christianorum servitute civili. LVII. §. 15. p. 253. & 254.

Judæus Christianam Religionem amplexus potest filium infantem, vel impuberem eidem Religioni offerre, licet mater in Judaismo persistens contradicat. LVII. §. 1. p. 247. Eandem potestatem habent mater, & tutores. Item avi paterni quoad nepotes, quamvis pater, vel mater, vel utriusque in Judaismo obstinati contradicerent. *ibid.*

Judæo patri ad Christianam Fidem converso assignandus est filius, si mater in Judaismo permaneat, & e contra. §. 18. p. 255.

Judæi olim poterant filios certæ vivendi rationi destinare permanenter. §. 7. pag. 250. Ter quotannis Templum adire debebant. XX. §. 2. pag. 79.

Judæi in Poloniæ Regno valdè multiplicati, multa ipsis non concedenda officia exercere dicuntur, & acerbum dominatum exercere in Christianos, quorum plurimos affligunt, & tamquam famulos habent. L. §. 2. & 3. p. 222. Pecunias scelerate accipiunt cum fidejussione suarum Synagogarum, & quare. *ibid.*

Judæorum superbiam ut cohibeant, & absurda illa eradicari curent, monentur Primas, Archiepiscopi, & Episcopi Poloni, & quomodo id præstandum sit. §. 6. & seqq. p. 223. & seqq.

Judæorum ingens numerus per Galliam, & Germaniam deletus fuit, Radulpho Monacho contra eos prædicante, cui S. Bernardus, & Petrus Cluniacensis Abbas se opposuerunt. §. 4. & 5. p. 223. Judæi persequendi non sunt, aut trucidandi, neque concessarum legum præsidio spoliandi. §. 4. p. 223.

Judæorum servitio ne Christiani se addicerent prohibuerunt Summi Pontifices, & alia multa de Judæis inter Christianos degentibus statuerunt, quæ omnino servari jubentur. *ibid.* & §. 6. p. 223.

Judex Ecclesiasticus in Statu Pontificio quando possit cognoscere causas de damno dato, & quando Judex secularis. XXXIX. §. 5. & seqq. p. 181. & seqq. Vid. *Dammum datum*.

Judex nullus potest damni dati pœnas, quamvis per edicta auctas, condonare, vel minuere, neque sibi aut suis ministris addicere. §. 16. p. 183. Pro se & ministris

ministris potest in his causis exigere emolumenta aliqua, juxta taxationem statutariam, post partis damnificatæ satisfactionem, & poenæ damni dari solutionem. *ibid.* & §. 17. pag. 183.

Judices Criminales Romæ, præsertim Tribunalium Cardinalis Vicarii, & Capitolii, jubentur publicam exhibere audientiam diebus, & hora statutis. X. cap. 111. §. 3. p. 46. Constitutiones 71. & 72. Pauli V. observare debent quoad emolumenta percipienda. §. 1. & 2. p. 45. & 46.

Judex ordinarius Fabricæ D. Petri a Summo Pontifice eligitur. LVI. §. 2. p. 245. votum consultivum habet in Congregatione œconomica ejusdem Fabricæ. §. 7. p. 246.

Judices a Capitulo Vaticano deputati pro territorio Abbatie S. Martini in Montibus Diocesis Viterbiensis, & pro Castro S. Petri in Formis, vulgò *Campomorto*, licet extra suum districtum residentes, exercere possunt jurisdictionem in Civilibus, & Criminalibus. LXIII. §. 64. p. 297.

JURAMENTUM, etiam obedientiæ, numquam juri Superioris officit. VIII. §. 20. 23. p. 36. & 37.

Juramentum de secreto servando quoad suas conventiculas interponitur ab iis, qui *Liberi Muratori* vulgò dicuntur. XLVIII. §. 7. p. 214.

JURISDICTIO alia coactiva, & alia directiva. XIII. §. 5. p. 56. Vid. in verbo: *Episcopus*; ubi plura de Episcopali jurisdictione. Vid. etiam in verbo: *Exemptus*.

Jurisdictionem Ordinariam in spiritualibus habet Archiepiscopus Basilicæ Vaticanæ in eandem Basilicam, ejusque Seminarium, aliaque adnexa ædificia; & in personas Canonicorum, Beneficiorum, Clericorum, aliorumque Basilicæ inservientium, in pertinentibus ad ipsum servitium. LXIII. §. 5. & c. p. 281. & seqq.

Jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem habet Capitulum Vaticanum in plures Abbatis ipsi attributas, & in Loca ad illas spectantia. LXIII. §. 50. p. 293. & §. 56. & 57. p. 295.

JUS GENTIUM, quo capti in bello capientium servi sunt, locum non habet inter Christianos, sed tantum in bellis, quæ adversus Turcas, aliosque Infideles geruntur. LVII. §. 15. p. 253. & 254.

JUS NATURALE aliquando dicitur jus illud, quod quis habet a natura derivatum; alio autem sensu hoc nomine designatur Lex naturæ aliquid præcipiens, aut vetans. LVII. §. 26. p. 259. Et huic quidem nunquam derogari fas est; at illud aliquando cedere debet Juri Gentium, multoque magis Religionis causæ, & spirituali animarum salutis. *ibid.* p. 259. & 260.

JUVENACENSIS Ecclesia quando in Cathedrali erecta fuerit. XV. §. 2. p. 59. Controversiæ, & dissensionis inde subortæ inter Juvenacensem Episcopum, & Archiepiscopum Collegiatæ Terlitienfis. *ibid.*

Juvenacensi Episcopo multiplicem jurisdictionem Summi Pontifices supra eandem Collegiatam concesserunt, quibusdam jurebus Archiepiscopo Terlitienfi reservatis. §. 3. pag. 59.

Juvenacensis Episcopi nominatio ad utriusque Sicilia Regem pertinet ex Apostolico Privilegio. §. 5. p. 59.

Juvenacensi Cathedrali Terlitienfis Ecclesia Concathedralis efficitur, pluribus eidem Ecclesiæ, & Capitulo Terlitienfi reservatis, immutatis, & renovatis. §. 8. & seqq. p. 61. & seqq. Vid. *Terlitien*.

Juvenacense Capitulum Terlitienfi præcedat in Synodo Diocæsana. §. 9. p. 61.

## L

**L**ÆTARE. Vid. *Dominica*.

LATERANENSIS Basilica a duobus Summis Pontificibus Aureæ Rosæ munere donata fuit. XLIII. §. 6. p. 196. & 197.

In Lateranensi Basilica Sacramentum Confirmationis ministrari potest a Cardinale Urbis Vicario, ejusve Vi-

ces-Gerente, vel alio Antifite ab eo deputato, toties, quoties, quibusque temporibus, atque diebus ipsi Vicario opportunum videbitur. LXIII. §. 11. p. 283.

Lateranensi Basilicæ concessæ Indulgentiæ, quæcumque in ea, scientibus & consentientibus Romanis Pontificibus proponi consueverunt, licet concessionum monumenta forte non extant, a Pontifice approbantur & confirmantur. XLVI. §. 7. p. 209. Eiusdem Basilicæ Filiabus & subiectis Ecclesiis, Cappellis &c. communicatas Indulgentias suspendit, aliasque intermittit. *ibid.* §. 8. & seqq. p. 209. & seqq.

Lateranense Capitulum diversas ubique constitutas Ecclesias, Cappellas &c. Ecclesiæ Lateranensi subicere & incorporare consuevit, iisque non minus, quam aliis in solo Lateranensi erectis, varias Indulgentias & spirituales gratias communicare. XLVI. §. 2. p. 208. In quo Paulus V. decrevit servandam esse ab eodem Capitulo formam a Clemente VIII. pro hujusmodi subiectionibus & communicationibus aliis præscriptam. *ibid.* §. 3. Quomodo deinceps idem Capitulum se gesserit. *ibid.* §. 4. Pontifex certam formam ejusdem Capituli rationibus aptam præscribit in posterum ab eo observandam. §. 16. pag. 209. & 210.

Lateranense Sacellum & Triclinium Benedictus XIV. restituit. XVI. §. 8. p. 67.

Lateranenses Canonici Regulares Beneficia curata obtinere nequeunt sine dispensatione Apostolica. LIII. §. 1. p. 241.

LATINIS vetitum est Missas & Divina Officia Græco Ritum celebrare, abrogatis a S. Pio V. Indultis antea super hoc concessis. XLIV. §. 9. p. 206.

Latinis Presbyteris in Russia Polonica degentibus permittitur, ut, deficientibus lapideis Altaribus consecratis, Missam super Ruthenorum Unitorum antimensis celebrent; & ut eorumdem Calicibus stanneis utantur. *ibidem.* §. 8. p. 206.

LAURETANÆ Ecclesiæ Gregorius XIII. & Clemens VIII. Rosam auream benedictam dono dederunt. XLIII. §. 6. p. 197.

Lauretana sacra Ædi, & Personis eidem inservientibus concessa Privilegia confirmata sunt, sicut & resolutiones editæ super controversiis inter Episcopos Lauretanos, & Governatores ejusdem Civitatis. XI. §. 1. pag. 52.

Lauretani Sacelli Custodibus tribus Presbyteris secularibus præservatur privativa facultas Vela admovendi sacra statuæ Beatæ Mariæ Virginis in eadem Æde existentis, eademque obsignandi, & authenticis foliis muniendi. §. 2. & 3. p. 52.

Simul autem Pœnitentiariorum ibidem constitutorum Rectori permittitur, ut particulas ex dictis Velis præcisas obsignet, verita tamen ipsi facultate alium subrogandi. §. 4. & 5. p. 52. & 53. Authentica horum Velorum folia solam B. Mariæ Virginis imaginem, receptamque attestationis formulam præferre debent. *ibid.*

Sub gravibus poenis statuitur, ut hujusmodi Vela gratis omnino distribuantur. §. 6. p. 53.

LEGATI de Latere ad aperiendas, & claudendas Portas Sanctas. Vid. *Porta*.

S. LEONIS Magni Corpus in Basilica Vaticana sepultum diuque ignotum, precibus S. Sergii Pont. inventum fuit. XXXV. §. 5. p. 177.

S. LEO IX. Monasterium S. Crucis in Alsatia a Progenitoribus suis fundatum, exemptione donavit, & Apostolicæ Sedi immediatè subiecit; imposito ipsi censu Aureæ Rosæ quotannis mittendæ Romano Pontifici ante Dominicam IV. Quadragesimæ, vel duarum unciarum auri ad eam conficiendam. XLIII. §. 3. pag. 198. Ideo ab aliquibus idem S. Pontifex creditus est institutor Rosæ Aureæ. §. 9. p. 199. Sed cum ipse enunciet Rosam hujusmodi, dicta die, a Romano Pontifice consuetè portari; & eam præscribat factam esse

esse debere, sicut feri solet; palam est, eum Ritus S. Leonis Pontificatu anteriorem esse. §. 13. & seqq. p. 200. & seqq.

LEONICUS Michaël, Ap. Ceremoniarum Magister sub Paulo V. ingentem Operum Mss. copiam reliquit. XLIII. §. 14. p. 200. Hic Rosæ Aureæ Ritus S. Leone IX. anteriorem agnoscit. *ibid.*

LEVESQUIUS de la Cassiere Ordinis Equestris Jerosolymitani Magnus Magister Romæ obiit. LXVIII. §. 15. pag. 311.

Lex Naturæ. Vid. *Jus naturale.*

Lex Principis Laici in Matrimonio vim non habet. III. §. 7. p. 5.

Lex Theodosii prohibens Matrimonium inter Christianos & Judæos, pœnam statuit, Matrimonium non dirimit. *ibid.*

Lex contractum prohibens uni ex partibus sub pœna nullitatis, contractum ipsum irritat indirecte etiam quoad alteram partem sibi non subiectam. III. §. 8. pag. 5. Diversus casus est, ubi Lex formam contrahendi dumtaxat uni ex partibus præscripsit, etiam sub pœna nullitatis, sed alteram partem adstringere consulto noluit. Vid. d. *Const.* III. §. 17. p. 8. & LXIX. §. 2. p. 313.

LIBELLUS quando a Penitentiariis dandus sit Penitentibus absolutis a Censuris, ut eum deserant ad Officium Penitentiariæ, & consuetum Breve in forma *Remissi absoluti* recipiant. XXI. §. 5. & 6. p. 98.

Libellus inscriptus: *La voix du Sage, & du Peuple &c.* damnatur, ejusque usus sub gravi pœna prohibetur. XXXIX. *tot.* p. 180. Habentes illum, tradere debent Episcopis, aut Inquisitoribus comburendum. *ibid.* Idipsum statuitur de Libro inscripto: *Lettres avec ces mots latins: Ne repugnez &c.*

LIBER receptorum criminalium a Notariis criminalibus ad quid retinendus sit. X. cap. III. §. 2. p. 46.

Liber specialis bene dispositus retinendus est in Actis criminalibus Conservatorum Urbis, in quo res criminales Locorum feudali Populi Romani scribantur. XXXVI. *init.* & §. 1. *sub num.* vi. p. 178.

Libri duo bene dispositi retinendi sunt a Notariis Gubernii Urbis, in quibus denuntiationes criminales sanguinis, & relationis scribantur. X. §. 3. p. 42.

Libri prohibiti Inquisitoribus, aut Ordinariis tradendi sunt, ut quis a Censuris propter eorum lesionem incurris absolvatur Anno Jubilæi. XXI. §. 30. pag. 100.

LIBERI MURATORI, seu *Francs Maçons* vulgò dicti, conventiculas & societates faciunt sub arcto secreto per jurjurandum firmato, quæ, utpote suspectæ, perniciosæ, ac detestabiles, damnatae sunt, & sub gravi pœnis vetitæ. XLVIII. §. 1. & seqq. p. 212. & seqq.

Libri Muratori a Principibus etiam secularibus scripti fuerunt: admonentur iidem Principes, ut contra illos severè procedant. §. 9. p. 214.

Libri Muratori quidam penitentes a censuris incurris absoluti sunt. §. 5. p. 213.

LIBERIANA Basilica, seu S. Mariæ Majoris, a Liberio Pontifice erecta, a S. Sixto III. restituta, & consecrata fuit, in qua Theodorus Pontifex Cunas Domini collocavit. XXXV. §. 2. pag. 176. Diversis nominibus appellari consuevit. §. 4. p. 177. Benedictus XIV. eandem restauravit, & magnifice ornavit. *ibid.* Ejus Altare majus. Vid. *Altare.*

LIMINA Apostolorum frequentibus Imperatorum, Regum, & Principum, tum etiam Episcoporum, & Christianifidelium omnium Ordinum visitationibus celebrari consueverunt. XX. §. 4. p. 79. LXIII. §. 19. p. 285.

LOCATIO. Capitulum Vaticanum locare potest bona Basilicæ ad novennium, sine Beneplacito Apostolico. LXIII. §. 31. p. 287. Idem ad relocandum iidem coactoribus, aut eorum hæredibus, compelli ne-

quit, etiam pro uberiori censu. *ibid.* §. 32. d. p. 287.

LUCENSIS Episcopi Edictum, quo prohibebantur Musici concertus in Ecclesiis per hebdomadam sanctam, a S. Pio V. approbatur, & servandum decernitur etiam ab exemplis. IV. §. 15. p. 21. & 22.

S. LUDOVICUS Gallia Rex Judæos non observantes statuta contra eos a Sede Apostolica, a suo Regno ex-terminare proposuit. L. §. 5. p. 223.

LUGDUNENSIS Ecclesia novitates respuit: Organa, aliæque Instrumenta Musica nunquam admittit. IV. §. 3. pag. 12.

## M

MAGISTRARUM Piarum, & Sanctarum Institutum in Diocesi Montis Falisci ceptum, ad alia Loca propagatum, & in duas societates divisum, puellas instruit. VIII. §. 21. p. 36.

Magistrarum earundem quilibet cœtus proprium habet Directorem spirituales: Superiorissas Generales sibi constituunt, quæ plura peragunt, sed Episcopis sub-stant. §. 22. p. 36.

MAGISTRATUS Locorum Ditionis Ecclesiasticæ judicare nequeunt in Causis *damni dati*, nisi id eis tributum dignoscatur a Lege Municipali, aut competere ex longa consuetudine, quæ minor non sit xl. annis. XXXIX. §. 11. p. 182. Et hi quoque solas cognoscere valent Causas *damnorum simplicium*, non verò *studiosorum*, & multò minus *manualium*. *ibid.*

Magistratus Pergulæ hujusmodi jure gaudet, aliisque prærogativis, quæ enunciantur. LXV. §. 1. p. 301. & amplificatur. §. 5. p. 301.

MANCIPIUM. Vid. *Servus.*

MANICHÆI in contemptum Resurrectionis Christi, die Dominico jejunabant. XL. §. 6. p. 187.

MARCELLUS II. Papa Musicam ab Ecclesiis tollere proposuit, sed consilium mutavit. IV. §. 4. & 5. p. 13. & 14. Vid. *Musica.*

S. MARIÆ Majoris Basilica. Vid. *Liberiana.*

MARIA THERESIA Hungariæ Regina &c. Vid. *Austria.*

Maria Warth, seu de Guardia Jesuitissarum Fundatrix. VIII. §. 1. & 2. p. 30. & 31. Tamquam Præposita Generalis, earum suppressionem impedire conata fuit per litteras encyclicas ad suas sequaces. *sub* §. 2. n. iv. p. 31.

Maria eadem Romæ in libera custodia detenta, in Belgium valetudinis causa ex permissione rediit. n. vii. p. 32. In Angliam marte suo transit. §. 3. p. 32.

Maria Warth tamquam Fundatrix Virginum Anglicanarum immeritò habita, & tamquam Beata perperam invocata fuit. §. 11. p. 34.

S. MARTINI de Fara, & in Montibus Monasteria, seu Abbatiæ. Vid. *Abbatiæ.*

S. Martini Ecclesia Romæ, Titulo *Equitii* nuncupata, a Benedicto XIV. restaurata fuit. XVI. §. 6. p. 67.

MATER comprehenditur sub appellatione Parentum. LVII. §. 22. p. 257.

Mater jus naturale habet super educatione filiorum infantium. *ibid.* §. 26. p. 259. Quod ita intelligendum; non ut hoc jubeat lex naturæ immutabilis, sed ut jus illud a natura originem habeat, & limitari valeat jure Gentium, multoque magis favore Religionis. *ibid.* p. 260.

Mater jus æquum habet cum Patre, quoad retinendum filium in sua societate. *ibid.* §. 25. p. 259. Sed voluntas matris fidelis offerentis filium ad Baptismum prævalere debet repugnantia patris, propter spirituale commodum ipsius filii. *ibid.* Et præferri debet, propter favorem Religionis. §. 18. & 19. pag. 255. & seqq.

Mater ad filiorum tutelam admissa est per *auth. Marri & Avie. Cod. Quando mulier tutela off. fungi potest*, & quidem cum prælatione quoad aviam. LVII. §. 22. & 23. pag. 257. Quod autem ordo Legis procedat

- tantummodo quoad illas, quæ Catholicæ Fidei sunt, eruitur ex *Novell. 118. de hæredibus ab intest. venien.*, ubi ordo ille etiam in successione statutus, quoad Personas Catholicas dumtaxat obtinere debere decernitur. §. 23. p. 257.
- Mater filiam dotare non tenetur, nisi in subsidium Patris egentis. *ibid.* §. 23. p. 257. Limita, ut Mater infidelis Filiam Christianam dotare debeat, quamvis Pater Christianus pauper non sit. *ibid.*
- Mater filium, filiamve ad Monasterium legitime offert. LVII. §. 20. p. 256.
- Mater contradicendi jus non habet voluntati Patris offerentis filium ad meliorem vitam propositum. LVII. §. 8. p. 251. Signanter quoad oblationem filii ad Baptismum. *ibid.* §. 11. p. 252. & §. 18. p. 255. Amplia si oblatio ad Baptismum fieret ab Avo Paterno. §. 12. p. 252. Ac etiam si, mortuo Patre, oblatio fiat ab Avia Paterna: quod firmatur d. *Const. LVII. per tot.* & definitur, §. *ult.* p. 260.
- S. MATHIAE Vigilia cum jejuniis in universa Ecclesia, ex præcepto in corpore Juris clauso observatur. XL. §. 10. pag. 188. Ea anno 1751. quum in ultimum Bacchanaliorum diem incidere, ad evitanda transgressionum pericula, anticipari permittitur in Sabbatum Sexagesimæ. §. 11. p. 189.
- MATRIMONIUM Hebræis, lege Moyssi, vetitum erat cum alienigenis. III. §. 3. pag. 4. Sed non satis constat, utrum prohibitio extenderetur ad omnes nationes, an vero solas comprehenderet nationes Chanaan. §. 5. pag. 4. Neque clarum est, eam prohibitionem fuisse sub pena nullitatis. §. 4. p. 4. Nec id evincitur ex separatione, quam Eldras indixit Populo ab uxoribus alienigenis. §. 6. p. 5.
- Matrimonium Hebræis cum Christianis vetitum est lege Theodosii Imperatoris. §. 7. p. 5. Sed non idcirco nullum, & irritum fore declaratum est, sed tantummodo puniendum, ut adulterium. *ibid.*
- Matrimonium irritantia impedimenta statui nequeunt per legem Principis Laici. III. §. 7. p. 5.
- Matrimonium inter hominem Judæum, & mulierem hæreticam, & generaliter inter personam baptizatam, aliamque non baptizatam, nullum est, propter impedimentum *disparitatis cultus*; ideoque si Infidelis baptizetur, renovandum decernitur. III. *per tot.* p. 3. & seqq. Vid. *Hæretici.* Vid. *Impedimentum.*
- Matrimonium post Ordines Sacros initum ab Italo-Græcis, nullum declaratur. XXXI. §. 13. pag. 167. An verò idem jus obtineat quoad Orientales, nullo adhuc Decreto Apostolico definitum fuit; quamvis Tribunalia Urbis pro nullitate opinari consueverint. *ibid.* Vid. *Consensus.*
- Matrimonium contractum post Professionem Regularem irritum est; & antea contractum, nec dum consummatum, per eandem Professionem dirimitur. LXVIII. §. 6. p. 308. Ubi de Professione in Ordine Equesstri S. Joannis Jerosolymit. quod idem operetur. *ibid.*
- Matrimonium contractum non servata forma a Concilio Tridentino præscripta, nullum est, tam ratione contractus, quam ratione Sacramenti, in locis, in quibus Concilii Decretum promulgatum fuit, & inter personas eidem subiectas. LXIX. §. 2. p. 313. Ideo nullam Matrimonii rationem habere potest illud, quod in Fœderati Belgii regionibus a Catholicis contrahitur coram Civili Magistratu, aut coram hæretico Ministro, cui se sistere iidem Catholici coguntur. *ibid.* & §. 3. pag. 314. Et nisi Matrimonium deinde ab iis celebretur, servata forma a Tridentino præscripta, conjugalis consuetudo peccaminosa erit, & proles illegitima. *ibid.* Quid in hac materia inculcandum sit Catholicis earum regionum. §. 4. pag. 314.
- Matrimonia ibidem ab Hæreticis inter se, aut inter Catholicos, & Hæreticos, quamvis illicitè, contracta, non servato Concilii Tridentini Decreto, valida declarata fuerunt, utpotè non comprehensa sub ejusdem Concilii lege. III. §. 17. pag. 8. & LXIX. §. 2. pag. 313.
- MELITENSIS Episcopus gradum Procerum Magnæ Crucis obtinet inter Fratres Ordinis S. Joannis Jerosolymitani, & Crucem octogonam Melitæ super Mozetam, Romæ super Mantelletam defert. LXVIII. §. 8. & seqq. p. 309. & seqq. Etiam ad aliam Ecclesiam transferatur, & quare. §. 10. p. 310.
- Melitenses Equites. Vid. *Eques.* Vid. *Militia.*
- MENDICARE per Urbem post horam 24. absque scripta licentia, quæ honestis dumtaxat personis, nunquam verò sceminis juvenibus concedenda erit, interdicitur hominibus, & mulieribus. IX. cap. III. §. 5. p. 46. Vid. *Femine.*
- MENSA nummularia S. Spiritus. Vid. *Banchnm.*
- MERCATORES in bello reputari non debent tamquam partes Reipublicæ nocentis, ideo non laudendi. LXI. §. 5. & seqq. p. 268. & seqq.
- MILITES homicidii rei militaribus privilegiis non juvantur. XXX. §. 8. p. 162.
- MILITIA Hospitalis S. Joannis Jerosolymitani laudatur. LXVIII. §. 13. p. 311. Ejus primus Magister fuit Raymundus de Podio. §. 4. p. 307. Duo ejusdem M. Magistri, Petrus de Aubusson, & Hugo Verdala, inter S. R. E. Cardinales cooperti fuerunt. §. 14. & 15. pag. 311. Equites in ea professi veri Religiosi sunt, & votum Castitatis plenum & absolutum emittunt. §. 6. pag. 308. Ejusdem Militiæ nomine supplicatum est Summo Pontifici, ut definiret, Episcopos, & Cardinales ex ea assumptos habitum proprii Ordinis, videlicet lineam octogonam Crucem, exterioribus vestibus assutam, visibiliter gestare debere. §. 12. p. 311. Id Pontifex concedit. *ibi per tot.*
- MILLINUS Joannes Garzias Cardinalis, sub Urbano VIII. in Aquilejensi Patriarchatus negotio plurimum adlaboravit. LI. §. 7. p. 228.
- MILLINUS Marius Cardinalis, in eodem negotio summa cum laude se gessit. LII. §. 3. & 4. p. 235. & LI. §. 7. p. 225. & §. 7. p. 228.
- MINDELHEIM, Oppidum Diocesis Augustanz, Anglicanarum Virginum Conservatorium ibi existens Episcopi jurisdictionem agnoscere detrectat. VIII. §. 1. p. 39. Postea verò debitam obedientiam præstat, ejusque merito nonnullis gratiis, & indultis ab Episcopo, & a Summo Pontifice ditatur. §. 24. p. 37.
